Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26002
Copyright: Admont, Benediktinerstift



104

perierit ex. Tali sunt morte multati. Venit sequitur. Et respondens dixit illis. Putatis quod hi galilei pre omnibus galileis peccatores fuerunt. quia talia passi sunt. Non. dico vobis sed nisi penitentiam habueritis omnes simili pereritis. Recordamini eum qui non penitentiam habuerunt similiter perierunt. quia sexagesimo anno passionis anno venientes romani quos designabat pilatus ut porte adempte gentem regnumque primum. et incipientes a galilea unde et diuica predicatio cepit adeo radicitus impiam gentem deleverunt. ut non solum atria templi quo sacrificia deferri consueverant sed interiora domus. quo galilee accessus non erat humano sanguine fedarent. Quia in typice pilatus qui inter os pretaurium malefactoris. diabolum significat. semper cedere paratum. sanguis peccatum. sacrificium bonas actiones exprimunt. pilatus sanguinem galilee cum sacrificia exercuit. quando diabolus elemosinam. presentium. certa quaque bona gesta fidelium ut mortifera carnis et sanguinis delectatione ut odii meditatione vel ire furore. vel humane laudis ambitione. ut alia quelibet nefaria peste commaculat. ut quicquid oblata deo videantur nichil tam offerentibus prodesse calliditus insidiator efficiat. quod nobis ei agi cotidie unda nescimus. Sed illi decem et octo supra quos cecidit turris in siloam et occidit eos. putas quia et ipsi debitores fuerunt prae omnes homines habitantibus in hierusalem. non dico vobis. sed si non penitentiam egeritis omnes similiter peribitis. Et ista hierosolimite que admodum et illi galilei non soli fuere peccatores sed universorem sunt reliquie. puniti. qui ruina turris oppressi. puniuntur omnes qui penitere noluerunt. videos cum ipsis suis mendis ire puros. Non frustra decem et octo qui numerus apud grecos. et. i. et. u. hoc est ide quibus nomen ihu incipit literis exprimitur. Indicant enim eos hinc maxime meruisse dampnari. qui nomen salvatoris audituri spernere prius quam susceipere maluerunt. Illyse autem turris siloe illa est cui psalmista decantat. de duricia me quia factus es spes mea turris fortitudinis a facie inimici. Nam et ipsum siloe nomen qui interpretatur missus et ubi cecus a natiuitate lutum accepit eum mirum significat qui ait. Ego lux in mundum veni. Et iterum. Qui misit me. mecum est. Decimus casu sub metafora lapidis alibi dicit. Omnis qui ceciderit super illum lapidem conquassabitur. supra que autem ceciderit comminuet illum. Alter unus quisque nostrum turrem debet edificare virtutum. prius sumptibus computatis ne ea perficere nequiverit aspectantibus irridendus. Hec turris bene constructa persistit. sine autem erecta insuperbiam firma non habuerit fundamenta cadet super eum aque edificata est.

Dicebat autem hanc similitudinem. Arborem ficu habebat quidam plantatam in vinea sua. Potest quidem hec arbor ficu habebat generis humani designare naturam que bene plantata hoc est a conditore sui similitudine creata est. sed deo querente perpetuum fructum dare negavit. quia ante legem. sub lege. sub